

70. Epidendrum ramonense: aff. *Epidendro tampensi* Lindl.! panicula diffusa, pleiantha, ramulis fractiflexis asperulis (exsiccando? more *Epidendri diurni* Rchb. fil.), sepalis cuneato oblongis acutis, tepalis spatulato obovatis obtuse acutis subbrevioribus, labello trifido, laciniis posticis ligulatis apicibus obtusis reflexis, isthmo brevi sed bene descripto, lacinia antica cordato triangula seu triangula obtusangula hinc minute crenulata, carinis crassis geminis per isthmum in venas tres elevatas disci laciniae anticae excurrentibus, venis radiantibus reliquis elevatulis, columna juxta foveam utrinque angulata.

Vultus inflorescentiae florumque *Epidendri Ceratistidis* Lindl., seu *diurni* Rchb. fil. (*Limodori diurni* Jacq.! *Epidendri virentis* Lindl.!). Saepius comparavi cum omnibus iconibus ac speciminibus, nec unquam licuit referre ad ullam.

„Hülle braungrün. Lippe weiss mit rothen Streifen.“

San Ramon in Costa Rica. 25. 6. 1857.